Incipit prologus sancti Ieronimi presbyteri
in libro Iob

Cogor per singulos scripture
divine libros adversariorum
respondere maledictis: qui
interpretationem meam
reprehensionem LXX interpretum cri
minantur: quasi non et apud grecos
aquila symachus theodotion vel
verbum e verbo vel sensum de sensu
vel ex utroque commixtum et medie tem
peratum genus translationis expres
serint. Et omnia veteris instrumen
ti volumina origenes obelis asteri
scisque distinxerit: vel quos vel addi
tos vel de theodotione sumptos trans
lationi antique inseruit: probans defu
isse quod additum est. Discant igitur
obtrectatores mei recipere in toto
quod in partibus susceperunt: aut inter
pretationem meam cum asteriscis suis
radere. Neque enim fieri potest ut quos
pluraliter intermisse susceperint: non
eosdem etiam in quibus tam errasse fa
teantur precipue in Iob. Cui si ea
que sub asteriscis addita sunt sub
traxeris: pars maxima voluminis
detruncabitur. Hoc dumtaxat et
apud grecos. Ceterum apud lati
nos ante eam translationem quam
sub asteriscis et obelis nuper edidimus:
septingenti ferme aut octingenti
versus sunt: ut decurtatus et la
ceratus corrosusque liber feditatem
sui publice legentibus prebeat. Hec
autem translatio nullum de veteribus
sequitur interpretem. Sed ex ipso he
braico arabicoque sermone et interdum
syro nunc verba: nunc sensus. nunc
simul utrumque resonabit. Obli
quus enim etiam apud hebreos to
tus liber fertur et lubricus: Et quod
greci rhetores vocant exematismene
nos. dumque aliud loquitur: aliud a
git; ut si velis anguillam aut mu
renulam strictis tenere manibus: quan
to fortius presseris: tanto citius ela
bitur. Memini me ob intelligentiam
huius voluminis lyddeum quen
dam preceptorem qui apud hebreos pri
mus haberi putabatur. Non parvis
redemisse nummis. cuius doctrina an
aliquid profecerim nescio. Hoc unum
scio non potuisse me interpretari: nisi
quod ante intellexeram. A principi
o itaque voluminis usque ad verba Iob.
apud hebreos prosa oratio est. Porro a
verbis Iob in quibus ait. Pereat dies
in qua natus sum. et nox in qua dic
tum est conceptus est homo: usque ad eum
locum ubi ante finem voluminis
scriptum est. Idcirco ipse me reprehen
do. et ago penitentiam in favilla et
cinere: exametri versus sunt dacti
lo spondeoque currentes. et propter lingue
idioma crebro recipientes. et alios
pedes: non earundem sillabarum
sed eorundem temporum. Interdum
quoque rithmus ipse dulcis et tinnu
lus fertur numeris lege solutis:
quod metrici magis quam simplex
lector intelligunt. A supradicto autem
versu usque ad finem libri parvum
comma quod remanet: prosa oratione
contexitur. Quod si cui videtur incre
dulum metra scilicet esse apud hebre
os: et in morem nostri flacci graecique pin
dari. et alcei. et saffo. vel psalterium.
vel lamentationes hieremie. vel
omnia ferme scripturarum cantica
comprehendi. Legat philonem io
sephum. origenem cesariensem

subtracto

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTHECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_17/0655
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG